



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

18. Comedia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

tia peragenda in diuersis locis tendit, *l. 9. disp. 4. nu. 12. 13. & 14.*

4 Coniux non tenetur habitare cum coniuge furioso, vel sapè ebrio cum periculo vitæ, vel quocumque alio, grauissimo, arbitrio prudentis. Secus, quando non existit tale periculum, & solum est molesta cohabitatio, & rixa, *lib. 10. disp. 18. nu. 18.*

5 Celebrato diuortio, autoritate iudicis Ecclesiastici, ratione sæuitiæ, aut furoris alterius coniugis, licet alteri, aut vtrique ad religionem, vel ordines sacros transire, quando sanus: cum illo non potest habitare absq; vitæ periculo, & nulla est spes redeundi ad pristinam mentem, vel saltem ad furorem sedandū, vt possit esse tura cum illo habitatio. Secus, quando non desperatur reditus ad pristinum statum, & non diffiditur de remedio, *l. 10. disp. 18. nu. 48.*

6 Vxor non tenetur cohabitare cum viro habenti concubinam, etiam extra propriam domum, sine sufficienti cautione de expellēda ea, & amplius non admittenda, pœna appositā, si deficiat à fide præstita, *lib. 10. disp. 18. n. 20.*

Comœdia.

1 Facere, componere, repræsentare, & audire comœdias valdè turpes, ac ad venerem excitantes, peccatum est mortale. Secus quando non sunt tales, *lib. 9. disp. 46. nu. 42.*

Compensatio.

1 Mutua coniugum adulteria compensatur quo-